

10.

1313 Jan. 25 Nürnberg¹.

Nos Heinricus dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliā archicancellarius, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nos restitutioni et donacioni oppidorum^a Herriden, Arinbaur^b, Wazzertruhendingen necnon Gredingen, ville Celle prope Dietfürte^c cum duabus piscariis in Tegningen et advocacie super monasterium in Planchsteten^d cum universis omnium eorundem bonorum pertinentiis venerabili patri^e domino Philippo episcopo et ecclesie Eystetensi per serenissimum dominum nostrum, dominum Heinricum Romanorum imperatorem factis presentibus consentimus et, quantum nostra interest aut interesse poterit, approbamus. In cuius consensus et approbacionis nostre testimonium presentes exinde confectas nostri sigilli volumus robore communiri.

Datum in Nürmberch^f anno domini millesimo CCC^{mo} XIII. VIII. Kalen. Februarii.

10a.

1313 Jan. 25 Nürnberg².

Nos Iohannes dei gracia Boemie^g et Polonie rex, sacri imperii citra^h montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes, ad universorum noticiam volumus pervenire, quod nos restitutioni et donacioni oppidorum Herriden, Arenburⁱ et Gredingen necnon ville Celle prope Dietfürtte^k cum duabus piscariis in Tegningen cum uni-

a) C: 'oppidorum'. b) C: 'Arenbûr'. c) C: 'Dietfürte'.
 d) C: 'Planchsteten'. e) In Peters Urkunde heisst es hier: 'fratri'.
 f) C: 'Nürnberg'. g) C: 'Bohémie'. h) C: 'circa'. i) C: 'Arenbour'.
 k) C: 'Dietfürte'.

1) Original im K. B. Allgem. Reichsarchiv zu München mit erhaltener oberer Siegelhälfte an Pergstr. In dorso: 'Coloniensis'. Ebenda auch das Original der Approbation Peters von Mainz mit Siegeleinschnitt ohne Band und Siegel und dem Dorsuale 'Mogunt.', vom gleichen Tage und nahezu wörtlich übereinstimmend, doch von anderer Hand herrührend. Kopialbuch fol. XXIII'. Rubrum: 'Item approbacio domini Heinrici archiepiscopi Coloniensis super Herriden, Arenboûr, Wazzertrühendingen, necnon Gredingen ville Celle prope Dietfürte'. 2) Original im K. B. Allgem. Reichsarchiv zu München mit einem Siegeleinschnitt ohne Pergstr. und Siegel. In dorso: 'Super Arnbawr, Herriden, Gredingen et Celle'. Kopialbuch fol. XXVIII. Rubrum: 'Iohannes rex Bohemie, vicarius imperii, approbat donacionem factam per patrem suum H[einricum] imperatorem de Herriden, Arenbûr etc.'.